

SCRIPTA

Numéro Scripta : 904

Auteur(s) : Alvérède, Saint-Pierre-sur-Dives, Notre-Dame (abbé)

Auteur(s) : Saint-Pierre-sur-Dives, Notre-Dame (abbaye)

Bénéficiaire(s) : Henri, Bayeux (custos)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1188-1191]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Alvérède, abbé de Saint-Pierre-sur-Dives, fait connaître la composition à l'amiable qui termine un procès entre son monastère et Henri, "custos" de Bayeux, au sujet de quelques dîmes : Guillaume, évêque de Coutances, est l'un des juges désignés par le pape Clément III.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CXIII, t. 1, p. 136-137.

Dissertation critique

Datation proposée par V. Bourrienne.

Pape Clément III, 1187-1191.

Texte établi d'après a

Universis sanctæ matris Ecclesiæ filiis, Alveredus, abbas, et conventus de Sancto Petro super Divam, salutem in Domino. Cum causa, quæ inter nos et Henricum, custodem Baiocensem, vertebatur super decimis sex acrарum, quas tenet Malusnutritus, et in alio loco undecim acrарum, quæ sunt a domo Malore, usque ad duodecim acras quæ sunt de feodo Taleboys, usque ad terram Symonis de Morevilla, quarum scilicet duodecim acrарum et terræ ejusdem Simonis decimas ad ecclesiam de Cambremari constat pertinere, de mandato papæ Clementis III, coram venerabili patri Willelmo, Constantiensi episcopo, et Johanne, præcentore Dolensi, et Roberto de Polleio, archidiacono Constantiensi, diutius agitata, tandem amicabiliter est sopita in hunc modum: memoratus quidem custos, renuntians omni juri quod in prædictis decimis sex acrарum in uno loco, et undecim in alio, se habere proposuerat, cessit eas nobis pacifice possidendas in perpetuum. Nos etiam, renuntiantes omnibus aliis decimis, quæ de territorio de Cambremari proveniunt, vel in futurum quorumcumque laboribus provenient, dedimus, pro bono pacis, dicto custodi, et ecclesiæ suæ de Cambremerari (sic), in perpetuam elemosinam, tenementum quod tenebat de nobis Hapagars, pro quo reddet annuatim quatuor solidos Andegavenses, et tres panes, et tres capones in Natali Domini, et ad Pascha duos panes, et quadraginta ova, et alibi in eadem scilicet parochia de Cambremeri redditum duodecim Andegavensium, et unum panem, et caponem unum, percipiendos annuatim ad Natalem Domini, et unum panem, et viginti ova, ad Pascha. Hanc autem compositionem nos fideliter servaturos fide corporaliter præstata promisimus,

sub præsentia venerabilis patris nostri Henrici, Baiocensis episcopi, et eam præsentis scripti attestatione, et sigilli nostri munimine, confirmamus.